

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Misericordia am
cum fonte primo

Si nullum penitus indigere contingeret,
locum proinde largitas non haberet.
Data est prouinciis in regis nostri laude penuria;
steriles facti sunt agri
ut ubertas domini possit agnosci.
Minus esset acceptissimum donum
nisi precessisset incommodum.

Ibidem (Cassiodorus in epistola).

Nam si nullum penitus indigere contingeret,
locum proinde largitas non haberet.
Data est prouinciis in regis nostri laude penuria:
steriles facti sunt agri,
ut ubertas domini possit agnosci.
Minus esset acceptissimum donum,
nisi praecessisset incommodum.

Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*,
12.28.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.496, ll.4-8).